





1699.

27^a Thomarius, Christianus: De fideiis.

27^b Thomarius, Christianus: De fideiis. Ed. novissima. 1735

28^a et ^b Thomarius, Christianus: De perurbatione facta contraria.

25 exempl. 1726 et 1731

29^a et ^b Thomarius, Christianus: De pseudo-privilegio papali.

1ⁱ, conventi contraria actione negotiorum gestorum.

2 exempl. 1699 et 1741.

30^a, ^b, ^c, ^d. Thomarius, Christianus: De jure consuetudinis et

observantiae. 45 exempl. 1699, 1722, 1731 et

1740.

31^a, ^b, ^c Thomarius, Christianus: De fide juridica.

3 exempl. 1699, 1723, 1750.

32^a, ^b, ^c Thomarius, Christianus: Vindiciae juris majestatis

hinc circa sacra. 3 exempl. 1699 et 1711.

33^a, ^b, ^c, ^d, ^e. Thomarius, Christianus: De homicidio linguae.

111. Thomas, Christian: 1. Teil
112. Thomas, Christian: 2. Teil
113. Thomas, Christian: 3. Teil
114. Thomas, Christian: 4. Teil
115. Thomas, Christian: 5. Teil
116. Thomas, Christian: 6. Teil
117. Thomas, Christian: 7. Teil
118. Thomas, Christian: 8. Teil
119. Thomas, Christian: 9. Teil
120. Thomas, Christian: 10. Teil
121. Thomas, Christian: 11. Teil
122. Thomas, Christian: 12. Teil
123. Thomas, Christian: 13. Teil
124. Thomas, Christian: 14. Teil
125. Thomas, Christian: 15. Teil
126. Thomas, Christian: 16. Teil
127. Thomas, Christian: 17. Teil
128. Thomas, Christian: 18. Teil
129. Thomas, Christian: 19. Teil
130. Thomas, Christian: 20. Teil







17.

Q. D. B. P.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

De

HOMICIDIO

LINGVÆ,

1699, 336

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

MARCHIONE BRANDENBURG. ET ELE-
CTORATUS HEREDE,

&c. &c. &c.

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO, Jcto,

CONSIL. ELECT. BRANDENB. PROF. PUBL. ET FA-
CULT. JURID. DECANO,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Privi-

legia Doctoralia ritè capeffendi,

Publico Eruditorum Examine submittit

GOTHO FREDUS VOGLERUS,

Dresdensis Misnicus.

Ad d. IV. April. Anno MD CXCIX.

IN AUDITORIO MAJORI

Horis ante & pomeridianis.

Doc

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.



DESERIPTIONE HURALLIS JURISICA

THE OMANICIDIO

LINK EYE

RIKORREMANZIGERREIND

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO

THE OMANICIDIO





DISSERTATIO INAUGURALIS
De
HOMICIDIO LINGUÆ.

§. I



Linguae optimum esse
& pessimum, jamdudum in commu-
ne proverbium abiit. Unde Æsopus
Mythologus ille Phrygius, cum ali-
quando a Xantho juberetur, ut opti-
ma quæque, alio autem tempore, ut
pessima fercula ad convivium coë-
meret, non melius se mandatum Domini exsequi posse le-
pide existimabat, quam si utroque casu linguas variorum
animalium ex macello apportaret, ac easdem diverso con-
dimento præparatas convivantibus apponeret, Xantho-
que causam sciscitanti, hanc suppedibat, quod nulli pror-
sus esculentorum opposita illa prædicata æque, quam huic,
competere firmiter persuasus esset. Sanctius vero rem ex-
primit Jacobus *in Epist. c. 3. v. 5. seqq.* dicens: *Ecce naves, cum
tantæ sint, & à ventis sevis agantur, circumaguntur à minimo
gubernaculo, quocunque impetus dirigentis voluerit, ita & Lin-
gua pusillum membrum est, & magna jactat. Ecce exiguus ignis
quantam materiam incendit? Et Lingua ignis est, mundus ini-
quitate, sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat
totum corpus & inflammat rotam natiuitatis & inflammatur
à gehenna. Omnis enim natura & ferarum & volucrum, ser-
pentumque & marinorum domatur & domita est à natura hu-
mana. Linguam autem nullus hominum domare potest, incoer-*

A

cibi-

cibile malum, plena veneno mortifero. Per ipsam benedicimus Deo & Patri, & per ipsam maledicimus hominibus, qui ad similitudinem Dei conditi sunt. Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio.

§. II.

Præstantia autem & utilitas Linguae in quonam consistat, id pluribus exsequi nostri instituti non est, adeoque sufficere poterit, si generaliter notemus, illam homini, ut alia membra, ad hunc unice scopum datam esse, ut eandem ad gloriam Dei & salutem proximi promovendam adhiberet. Magis ad rem præsentem erit, si quando varia hominum negotia percurrentes ingentia illa mala, quæ mediante Lingua homo homini inferre potest & solet tanquam per indicem recenseamus, id quod omnium optime per institutum examen secundum præcepta Decalogi, quatenus hæc de externis actionibus disponunt, fieri poterit. Ubi tamen vix unicum præceptum reperiemus, quod homo effrenis linguae petulantiam violare non soleat. Scilicet, ubi DEUM Creatorem suum invocare, laudare, illique gratias pro tot innumeris beneficiis agere debebat, ille Diis alienis vel crasso modo, uti Gentiles, vel subtili etiam, ut plurimi ipsorum Christianorum, hunc cultum tribuit: ubi nomen DEI sanctificare debebat, ille blasphemias eructat, rebus ludicris divina applicat, & sub specie verbi DEI hypocritice aliis imponit: ubi denique & diem cultui divino in specie destinatum docendo, hortando, psallendo, aliisque piis exercitiis consumere debebat, ille ad quævis ludicra & ridicula potius deflectit; aliosque officio suo satisfacere studentes turbare & ab instituto avellere intendit. Porro Parentibus reclamant, iussa eorum contemnit & quantum in illo est, omnem obedientiam detrectat: Verbis & cantionibus obscænis, persuasionibus item libidino-

dinosis, (unde *Lenocinia verborum* originem ducunt,) castitatem gravissimè lædit: Res depositas, commodatas, oppignoratas, se accepisse præfractè negat & per hoc remedium illas veris Dominis subtrahit, modò ut ipse locupletetur: denique & mentiendo, falsum testimonium dicendo, calumniando, deferendo, & quæ alia hujus malitiæ sunt genera, salutem proximi pro viribus intervertere annitur.

§. III.

Sed quinti præcepti obliti sumus. Et certè, videtur primò intuitu, quasi non dentur casus, ubi lingvâ hoc præceptum violetur, cum falsa testimonia, calumniæ & delationes, ex quibus proximo periculum vitæ imminet, ad octavum præceptum referri possint; Ast verò, quoniam ipsa illa falsa testimonia, calumniæ & delationes in duas classes commodè dividi possunt, prout videlicet majus & minus damnum homo exinde incurrit, ideoque etiam eadem ad distincta præcepta, & ad quintum quidem, quæ capitale, ad octavum vero & alia pro ratione circumstantiarum, quæ levius damnum inferunt, commodè referuntur. Natus hinc est nobis terminus *Homicidii Lingvæ*, in Lingua vernacula nostra non adeò infrequens, ubi de calumniatoribus communiter prædicari solet, daß Sie mit ihrer Zungen den Nächsten tödten oder zu Tode schlagen. Ex quo forte originem duxit, quod Rabulæ encomiò der Zungen-Dröschel insigniri soleant, quippe qui malis suis artibus non solum bonis, sed & famæ ac vitæ litigantium inhiant, unde Lutherus etiam callida & versuta Judæorum consilia in perniciem Prophetæ tendentia non melius, quàm hõc loquendi genere se exprimere posse existimavit, quando locum *Jerem. 18. v. 18.* ita reddidit: Komt und laßt uns wieder Jeremia rathschlagen / / / komt her

her / laßt uns ihn mit der Zungen todtschlagen und nichts geben auff alle seine Rede. Quibus præmissis *Homicidium Lingvæ* describi potest, quod sit *crimen*, quo homini per abusum *lingvæ jactura vitæ, famæ, aut magnæ partis bonorum moraliter infertur.*

§. IV.

Quod sit *Crimen*, jam ex illis, quæ §. *preced.* dicta sunt, patescit, quoniam scilicet transgressionem Legum divinarum, adde & humanarum, vt postea dicitur, involvit. An vero *publicum* sit, an *privatum*, ideo non addidimus, quia utrumque esse potest, prout scilicet vel satisfactio privata, vel pœna publica à delinqvante exigitur. Cæterum cum *jactura vitæ* etiam *famæ & magnæ partis bonorum jactura* meritò conjungi debuit, non quidem ex illa ratione, ac si vita, fama & bona in se unius ejusdemque sint pretii, sed exinde, quia famæ detrimentum & amissio magnæ partis bonorum, sunt damna ipsi vitæ amissioni quàm proximè accedentia. Fama enim & vita pari passu ambulant, quoniam in societate humana nobis vivendum, ubi non admittitur, qui infamiæ & turpitudinis maculâ conspurcatus est, eo ipso etiam, dum ad sustentationem vitæ variis rebus indigemus, ille merito necare videtur, qui maximam bonorum partem & simul media sustentationis auferre tentat. Hinc Jure Romano *capitalis inimicus* dicitur, qui vitæ, famæ & bonis alterius insidias struxit, & frater tanquam ingratus exheredari potest, qui *mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra eum inscriptionem, aut substantiæ ejus properavit inferre jacturam, v. Nov. 22. c. 47. princ. §. 12. f. de Exc. Tut. l. 21. ff. Eod.* In Textu antea ex Jeremia adducto, Judæi non quidem amissionem bonorum, qualia non possidebat Propheta, sed tamen vitæ & famæ jacturam, illi intentabant, traducentes eum

eum, ut hæreticum, seductorem & pacis publicæ turbato-
rem, quem Terra ferre nequitiam possit, quæ omnia
tum à propria malitia, tum etiam & præcipue quidem a
nequitia & prætenso infallibilismo Cleri Judaici proficisce-
bantur, prout ex circumstantiis & verbis proxime an-
tecedentibus: Denn die Priester können nicht irren im Gesetz/
und die Weisen können nicht fehlen mit Rathen / und die Pro-
pheten können nicht unrecht lehren / *facili negotio colligitur,*
ubi etiam notari meretur glossa Lutheri ad verba: Nicht
fehlen / dum inquit: das heißt / sie sind von Gott im Ampt/
wie die Unfern sagen / die Kirche kan nicht irren. Illud adhuc
observandum, nos per *homicidium lingvæ* in data descriptio-
ne non modo intelligere verba in perniciem alterius ore
prolata, sed etiam scriptis comprehensa. Nam opus
lingvæ sermo est; Verba autem sunt vel voce prolata vel
in Scripturam redacta.

§. V.

Dixi *moraliter* in definitione. Ut excludam homici-
dium Lingvæ Physicum. Dispersi enim potest homici-
dium Lingvæ in *Physicum* & *morale*. *Physicum* appellamus,
quod per Magos & Veneficos imprecationibus & di-
ris in perniciem hominum adhibitis committitur, ita ut
vel ipsâ vitâ, vel integritate membrorum, vel ad mini-
mum facultatibus ac patrimonio exinde priventur. De
hoc in præsentinon agemus. Quamvis enim assentire-
mur *Wiero de prestig. Damon. l. 6. c. 12. & Carpzov. in Pr.*
Crim. qu. 48. n. 61. verbis ipsis & imprecatione neminem
immediate lædi posse statuentibus, (quod ipsum tamen
adhuc ulteriorem disquisitionem meretur,) adeoque &
hoc homicidium eatenus morale vocari posset; Attamen
quia Diabolus hic concurrat, & damna à Magis imprecata
physicè & per causas merè naturales hominibus realiter

infert, quod eò promptius facere potest, quo magis vim & efficaciam rerum naturalium perspectam habet, qua cognitione homines destituuntur & sic Diabolus hoc intuitu nonnunquam *præter naturam* agere dicitur; ideo eiusmodi delictum pure morale dici nequit, de quo tamen nobis hic sermo est. *Morale* ergò illud dicimus, quod sine omni eiusmodi influxu Physico per varia calumniarum genera perficitur.

§. VI.

Uti igitur Homicidium Physicum in genere; sic & Homicidium Lingvæ Morale variè dividi potest. Initio in *manifestum* & *occultum seu assassinium*: quorum utrumque in eo quidem convenit, quod ex mala intentione & destinato consilio proficiscatur, unum tamen ab altero potissimum ratione circumstantiæ temporis, loci & modi distinctum est. *Manifestum* quippe est, quod palam, *occultum* vero, quod furtim quasi & clam committitur. Illius exempla sunt, si v. g. in concione populi vel ex suggestu, vel alias, nec non in conviviis alter alterum variis imputationibus criminosis onerat & animis auditorum, civium, vel convivantium odium acerbum instillat, quo referre etiam licet injurias scriptas, si nomen Autoris expressum habeant, & famosos libellos. Quamvis enim ad injurias scriptas leviora vulgo referri soleant, quæ homicidium tale, de quo nobis sermo est, involvere haudquam videntur, v. g. si alicui defectus corporis & mutilatio membrorum nec non bonorum fortunæ, objiciatur, attamen & hic casus obvenire potest, ut ejusmodi injuria maximam bonorum jacturam, & sic homicidium inferat, v. c. si mercator traducatur, ac si non amplius solvendo sit, isque eo ipso fide apud Creditores suos excidat. Ad hoc (homicidium occultum) pertinet, si quis

lev

vel privatim famam alterius suggillet, quo maxime referendi sunt calumniosi delatores, hypocritæ & adulatores; vel publice etiam, sed tecto nomine, quales sunt Pasquillorum fabricatores & forte alii.

§. VII.

Dum autem injuriam scriptam & famosum libellum ad homicidium linguæ manifestum, Pasquillum contra ad occultum retulimus, vel obiter etiam differentia, quæ inter hæc tria intercedit, tangenda erit. Et quidem quantum ad famosum libellum & injuriam scriptam attinet, discrimen ex parte simul jam indicavimus, quod scilicet hæc leviora contineat, & tantum contumeliæ causâ absque infamiæ nota fiat, ille vero notabile aliquod crimen alteri impingat, *conf. Strauch. Diff. ad un. jus Justin. 19. tb. 14.* Famosi autem libelli & Pasquilli differentiam jam paucis pervestigabimus. Largimur quidem, plerosque Jure-Consultos hæc duo pro Synonymis habere, & æquè ad illius, quam hujus essentialia requirere omissionem nominis; sed exinde nihil, nisi confusio consequitur, quod vel ex sola controversia: *An sit libellus famosus, si quis nomen suum in eo exprimat, aut subscribat?* videri potest, ubi in utramque partem æquè prægnantes rationes afferuntur, *v. Finckelth. Obs. 38. tot.* Quoniam enim uno nomine res diversas efferre voluerunt, eo ipso simul efferunt, ut eadem quæstio & negari & affirmari debeat. Accuratus ergo procedunt, qui libellum famosum à Pasquillo in eo secernunt, quod ille Autoris nomen subscriptum habeat, hic vero sine illo procedat, *Dn. Prasfes in not. ad Strauch. Diff. 19. tb. 14. verb. quod tamen hodie. B. Brunnem. ad l. 9. ff. de injur. n. 4.* Et ne quis putet inutilem hanc esse subtilitatem, ratione pœnæ se maxima exerit differentia, dum ob Pasquillum graviori pœnæ locus est, quam

quàm quidem ob libellum famosum, licet uterque ad infamiam alterius tendat, ut ipse fatetur *Carpzov. Pr. Crim. qv. 98. n. 24. seqq.*, qui tamen aliàs Pasquillo & famoso libello etiam promiscuè utitur. Cæterùm quoad originem vocis *Pasquilli*, videndi sunt *Webner. in obs. pract. Besold. in thes. pract. voc. Pasquill. Henel. otio Vratislav. c. 14.*

§. VIII.

Circa delatores, quorum in fine §. VI. mentionem injecimus, quæstio occurrit: *Num Reip. tales alere expediat?* ubi tamen statim præmonendum, non esse quæstionem: *An expediat, ut Princeps subditis, in specie etiam certis personis serio injungat, quo quilibet delicta, quæ ad notitiam ipsius pervenerint, legitimo modo gratis denunciaret?* quod sine dubio laudabile est, *Reyser in Prax. Crim. P. 1. C. 3. §. 2. seqq.* Sed de eo quæri: *An certis personis premia constituere utile sit, ut eò promptius ad delicta deferenda se exhibeant?* quæ quæstio inter Jure-Consultos magni nominis ventilata fuit, aliis affirmativam, aliis negativam tuentibus, quos *v. ap. Reysern loc. cit. §. 36.* Quod si tempora Monarchiæ Romanæ percurrimus, plerosque Imperatores tyrannidi deditos fuisse apparebit, qui delatores eiusmodi aluerunt. Tiberius ex primis fuit, qui tantum delatoribus tribuit, ut nemini fidem abrogaret, five quid veri, five vani referrent. Nam Ebriorum sermo excipiebatur, simplicitas jocantium & quodcunque dictum capite & fortunis luebatur. Idem fecit Vitellius & Domitianus. Nero autem, quod mirandum, etsi non penitus delatores sustulit, in tantum tamen eorum procaciam repressit, quod cum antea ex L. Pappia dimidium illatæ multæ acciperent, jam ex constitutione Neronis illis quarta tantum pars tribuebatur, unde *Quadruplicatores* dicti. De Constantino quoque traditur, eum Delatores omni tempo-

po-

pore admisisse eosque ingenti studio fovisse, licet illos, si calumniosè detulisse deprehensi, pœnis subjecerit, ut ex *l. 5. C. de Delator.* videndum. Contra Vespasianus & Titus, Antonius Pius, Opilius Macrinus, Trajanus & alii maximo odio profecuti sunt hoc hominum genus, quem admodum etiam Domitianus eos tandem averfatus est, conf. *Alex. ab Alex. Dier. gen. l. 4. c. 22. Salmuth. ad Pancir. de nov. repert. l. 2. tit. 2. Brisson. select. ex jure civ. antiqu. l. 3. c. 17.* Quamvis ergò non faciamus cum Autoribus quibusdam, indistinctè Principes Tyrannidis incusantibus, qui Delatores alunt, quoniam videlicet Aristoteles & alii Scriptores Græci inter arcana Tyrannidis referunt delatores; cum isti non senserint, tyrannidis nomine olim notatam fuisse omnem Monarchiæ formam; Putamus tamen, non facilè svadendum esse Principi, ut præmiis ad deferendum homines alliciat, aut si præmia jam constituta, monendum tamen eum esse, ut illos qui falsò detulisse deprehenduntur, gravissimis pœnis afficiat, ne sub specie boni publici, quod delicta revelari exigit, privatis intolerabile damnum inferatur. Cæterum cum ejusmodi Delatoribus non confundendos esse censemus *Irenarchas*, de quibus in *l. ult. §. 7. ff. de mun. & bon. & l. un. C. de Irenarch. lib. 10.* quippe qui in officiis publicis constituti, disciplinæ publicæ nec non corrigendis moribus præfecti erant, adeoque lucri & quæstus causâ deferre non præsumebantur, salariò solario ipsis sine dubio constitutò, ubi contra Delatorum commodum in damno aliorum, etiam innocentū, unicè positum erat. Quare ulteriorem disquisitionem meretur, utrum cum Irenarchis convenire videantur hodierni Prætores, *Schutheissen / Heimbürger / Stadt- und Land-Knechte / Vöigte / &c.* qui juramento adstringi solent, daß Sie alles / was sie sehen / hören und erfahren möchten / so
B
straff

straffbahr und insonderheit wieder die zehñ Gebothe Gottes
läufft / ohngesäumt anmelden / und sich davon weder Freunds-
schafft / Feindschafft / Gunst / Gabe / Geschenk / Haß / Neid / oder
einige andere Ursach nicht abhalten laßen solten / quamvis hanc
comparationem instituit Keyser *all. loc. §. 6.* Solent &
Chirurgi atque Balneatores alicubi speciali juramento ad-
stringi, ut quoties vulneratus aliquis eorum curæ se com-
mittat, id statim ad Judicem deferant. *Id. ib. §. 38.*

§. IX.

Erant & alii apud Romanos, (de quibus enim hu-
cusque locuti sumus, illi crimina deferebant,) qui bo-
na caduca, vacantia, commissa, tacita fidei commissa,
in fraudem legis incapaci clam relicta, Fisco consequendi
præmii causa nunciabant, *conf. l. 1. C. de Delator. lib. 10. & Go-
thofr. ad rubr. d. t.* Utrique male apud populum audiebant,
& licet sequioribus temporibus adhuc ab Imperatoribus
tolerarentur, turpitudine tamen laborabant nec malitiæ
eorum aliquid permittebatur, quin potius illi calu-
mniöse detulisse deprehensi, gravissimas pœnas incur-
rebant. Hinc injuriarum agere poterat, qui ab altero De-
lator appellabatur, secundum Rescriptum Gordiani in *l. 3.*
C. de injur. Delatores in *l. 4. C. de Delat.* vocantur *execrabi-
les nunciatores & Plinius in Panegyrico Trajani*, ubi Traja-
no ob domitam Delatorum insaniam gratias agit, illorum
qualitas, maximum odium apud Cives exitantes de-
lineat. *Vidimus, inquit, Delatorum judicium, quasi grassato-
rum, quasi latronum. Non solitudinem illi noviter, sed tem-
plum, sed forum insederant: nulla jam testamenta secura,
nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxer-
at hoc malum Principum avaritia.* Notanda etiam sunt
verba Constantini in *l. 5. C. d. d. t.* *Quia nonnulli, ait Imp.
precipites secundum jus possessa patrimonialia deferre non cessant,*
da-

damus omnibus licentiam, qui se laesos existimant, contra Delatores severitatem judicum implorare ferro districtam, de quo infra in pœna calumniatorum pluribus. Hodierna denunciatio iterum plane diversæ indolis est, & quemadmodum quilibet salva conscientia delictum ab altero commissum Magistratui denunciare potest, ita quoque illi, qui specialiter ad id destinati sunt, die Rûger oder Rûgemeister / nullam turpitudinis notam ex hoc incurrunt, modo ne calumniose quid committant, v. *Reyser loc. all. §. 33.*

§. X.

Sed ad Scopum redeamus. Notum est, quod vulgo homicidium in dolosum, culposum & casuale dividi solet: adeoque jam videndum erit, an & quousque hæc divisio etiam homicidio linguæ applicari possit. Dolosum homicidium vulgo appellatur, quod committitur ex voluntate & animi occidendi. Jam quoniam innumeri casus obveniunt, ubi sciens & volens per iracundiam alter in alterum calumnias evomit, & ipsius vitæ, famæ aut bonis irreparabilem jacturam inferre intendit, ideo nullum est dubium, quin detur *Homicidium linguæ dolosum*. Non obstat, quod ira furori proxima dicatur, adeoque quod per illam committitur, ratum non sit, nisi postmodum approbetur, *l. 48. ff. de R. J. l. un. C. Si quis Imp. maledix.* unde nec alias homicidæ propter homicidia per iracundiam commissa pœnâ ordinaria afficiuntur; Respondemus, afficiuntur tamen pœna extraordinaria, & non sequitur exinde, nullam malitiam in delinquente adesse, sed saltem, non esse malitiam in summo gradu. Deinde nec universaliter procedit, quod ob homicidium ex iracundia commissum pœnæ tantum extraordinariæ locus sit, sed distinguunt Criminalistæ, an ira provenerit ex justa causa, annon; Priori casu

casu admittunt pœnam extraordinariam, posteriori non item, v. *Carpzov. Pr. Crim. qu. 6. n. 16. seqq.* Tacemus, quod inter homicidium manu commissum & nostrum lingvæ homicidiū hac etiam in parte maxima disparitatis ratio occurrat; neq; adeo ab uno ad alterum quis argumentari possit. Homicidia propriè dicta in præsentem committuntur, ubi supposito, quod alter homicidam injustè ad iram commoverit, delinquentis iræ aliquid condonatur, quoniam scilicet tempus deliberandi ob magnam affectus commotionem sibi sumere non potuit, sed vindictæ virus in objectum præsens evomuit; At vero homicidia lingvæ ut plurimum contra absentes perpetrantur, ubi alterius irritatio non immediate præcessit, sed delinquenti sat largum tempus, in quo ad sanam mentem redire potuisset, superfuit. Quemadmodum ergo, si ille qui antea ab aliquo injuriis laceffitus fuit, non statim tamen ad vindictam injustam profilit, sed tempus opportunum quærit, eoque invento alterum occidit, homicidium præmeditatum commisisse dicitur, in quo præcedens etiam injustissima offensio non excusat, *Carpz. l. c. qu. 7. n. 9. seqq.* sed pœna non raro exasperatur, *ib. n. 34. seqq.* Ita & in homicidio Lingvæ propterea, quæ adduximus, mitigatio pœnæ vix locum inveniet. Imò optimâ ratione niti videtur *Brunnem. in Proc. Crim. c. 9. n. 66.* qui distinctionem *Carpzovii* inter iram ex causa justa & injusta proveniente, plane non admittit, sed utroque casu æque grave delictum in homicida subesse censet. *Nec tunc enim, inquit, sine dolo est homicidium. Adest enim animus vindictæ cupidus. Moderatricem affectuum rationem, & Christiani, qui sumus, etiam Spiritum S. Rectorem habemus, (saltem habere debebamus.) Et si ordinaria remittenda esset pœna homicidii ob subitaneum & potentem affectum iræ, non video cur non sit remittenda pœna ordinaria ei, qui in expectata occasione sibi oblata, Matrone pulchritudine statim captus, vim Matrone reluctanti inferret?*

Cer-

Certè non minus potens & celer hic affectus esse potest. Discamus ergo iram moderari, qui autem hoc facere nolit, sed ex ira sanguinem humanam fuderit, pœnam meritam sanguinis suæ iræ tribuat. Hucusque Brunnemannus.

§. XI.

Succedit homicidium culposum, quod propriè tunc committitur, quando occidens quidem non habet animum dolosum occidendi aut vulnerandi, culpâ tamen interveniente vel præcedente aliquem interficit, velut si quis operam dando rei illicitæ, vel in re permiffa & licita non adhibendo diligentiam, causam mortis præbeat, *conf. §. 4. seqq. J. ad L. Aquil. l. 30. §. 3. ff. eod. c. 7. 8. & 12, X. de homicid. Damboud. in prax. crim. 84. & 85.* In homicidio linguæ ergo illud culposum dici poterit, quod committitur ab iis, qui effutiunt, quicquid in buccam venit, aut quod forsitan de proximo audiverunt, non considerantes an & quale detrimentum alteri exinde subnasci posset, quorum excusatio postea plerumque eo redire solet, *Sie hättens nicht so böse gemeinet / vel, sie hättens nicht gedacht / daß das so viel auff sich hätte.* Sed debebant scire. Sapientis enim non est dicere: Non putaram. Scriptura talis stultos appellat, *quorum Cor est in ore ipsorum & quorum labia narrant res, que non attinent ipsos, Syr. 21. v. 28. 29.* in quos optime quadrat illud apud Terentium: *Plenus rimarum sum, hac atque illac disfluo.* In ejusmodi hominibus fere *Voluptas* inter affectus dominatum habet. Quemadmodum enim *Ambitiosus* & *Avarus* nil nisi mera arcana possidet, ut idolum admirationis firmiter stabiliatur, & saccus locupletetur, (quæ enim rara, caræ sunt:) ita *voluptuosus*, qui ejusmodi res, honorem sc. & divitias despicit. omnem suam scientiam cum aliis communicat, & ne forsitan colloquendi materia desit, uno impetu intimum cordis thesaurum exponit ejusque quoslibet participes redit.

B₃

§. XII.

Sed annon etiam datur *homicidium lingua casuale*? Ita videtur, e. g. si quis retorsione contra injuriantem utatur. Retorsio quippe est de genere licitorum, tanquam species defensionis, & vero in homicidio proprie sic dicto, si quis modo legitimo sese defendens aggressorem occiderit, non modo à pœna ordinaria, sed etiam ab omni alia mulcta & pœna extra-ordinaria prorsus immunis est, & per consequens plane non deliquisse censetur, *l. 2. 3. 4. C. ad L. Corn. de Sicar. c. quia te. 38. dist. 50. Const. Crim. Art. 139. & 140.* Sed facile est responsio. Licet enim abstrahamus à quæstione: *Annon Retorsio illa privata Legibus sana rationis & Christianismi contrarietur*, quod fuse affirmat *Finckelth. Obs. 37. per tot. & Henning Rennemann in peculiari tractatu de jure Retorsionis*, supponentes in præsentî, eandem consuetudine & Legibus humanis tolerari; A defensione tamen ad retorsionem injuriarum non valet consequentia. Defensio enim cum cæde alterius ideo impunita est, quia aggressus aliter periculum effugere, aut non aliter, quam extra-ordinarie se tueri potest, *l. 2. ibi: indubio vitæ discrimine constitutus. C. ad L. Corn. de Sicar.* At vero retorsio injuriarum fit, ubi nullum periculum vitæ adest, & injuria affectus aliter, puta via ordinaria per institutam actionem injuriarum (à cujus justitia iterum abstrahimus,) se tueri potest. *Finckelth. l. c. 24.* Quia ergo & in tali casu necessitas, ubi scilicet irreparabile damnum vitæ intentatum, si insultatus periculo jam cessante aut aliis mediis suppetentibus aggressorem occidit, dolosum homicidium committitur. *Carpz. Pr. Crim. qv. 31. n. 27. seqq.* Adde quod casus vix videatur dabilis, ut alter retorsione utens, quatenus illa in terminis consuetis manet, alteri damnum vitæ aut famæ inferat. Quod si terminos retorsionis excedendo in-

ju.

juriantem calumniatur, multo minus id pro Casuali Linguae homicidio venditari potuit, quin potius casus hic ad homicidium linguae dolosum referendus erit, quemadmodum etiam excessus ille, v. g. si quis fur vocatus in alterum ita retorqueat injuriam, tu mentiris ut fur, tu latro, communiter pro nova injuria habetur, *Myrs. Cent. 5. Obs. 17. Decian. in tr. Crim. lib. 3. c. 33. n. 6.*

§. XIII.

Committitur homicidium Linguae ab omnibus, qui proæresin delinquendi habent, *arg. l. 9. l. 12. §. 1. ff. de incend. l. 11. §. 2. ff. de pœn.* unde sequitur *infantes* ejus reos fieri non posse, quia judiciô intellectus destituuntur, atque sic actiones eorum cum norma legis conveniant, annon, examinare & dijudicare nequeunt, *§. 10. f. de inut. stip. l. 3. §. 1. ff. de injur. l. 3. §. 1. ff. de sepulchr. viol.* Cavendum tamen sedulo est in educatione liberorum, ne infantes calumniari adsuefiant, quod sit, si quicquid succurrit, ipsis sine correctione dicere permittatur, ubi notari merentur verba *Episcopi Cameracensis de Fenelon in tr. de Educatione filiarum*, qui nuper cura Dn. Prof. Franckii idiomate vernaculo prodiit, c. 3. ubi inquit: Die Lust / welche man sich mit artigen Kindern zu machen vermeinet / verderbet sie gar offtz; man gewehnet sie / daß sie alles schwätzen / was ihnen in den Sinn kommet / und von Dingen reden / die sie noch nicht recht verstehen: Die Gewohnheit mit Ubereilung von einer Sache zu urtheilen und Dinge zu reden / da sie nicht Lichts genug von haben / hânget ihnen Lebenslang an / die Lust / die man sich mit den Kindern machen wil / ziehet schädliche Wirkung nach sich / sie mercken / daß man sie mit Lust anschauet / daß man alles in acht nimmet / was sie thun / und daß man sie mit sonderlichen Vergnügen anhört. Fit exinde, ut omnia, quæ dicunt, optimè dicta existiment, qualis vitiosus habitus deinde serò iterum dediscitur.

§. XIV.

Sicuti ergo non ab infantibus, ita nec a *Furiis* homicidium lingvæ committitur, cum & hi ob defectum intellectus nec doli nec culpæ argui queant, *l. 12. ff. ad L. Corn. de sicar. l. 40. de R. I. 3 §. 1. ff. de injur.* Aliud tamen in *Prodigis*. Quamvis enim in *all. l. 40. de R. I.* furiosus & prodigus jungatur & neutri voluntatem esse affirmetur, quo pertinet *l. 1. pr. ff. de curat. furios.* quæ dixit, *illi qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilaceranda & dissipanda profudit, exemplo furiosi curatorem constituendum esse;* facile tamen apparet, comparationem hanc furiosi & prodigi non ulterius extendendam esse, quam quod administrationem bonorum concernit. In delictis enim pro furioso minime reputatur, imo ne quidem pœnæ mitigationem consequitur, *Struv. S. 1. C. Ex. 48. tb. 11. Bocer. de quest. & tort. c. 4. n. 11.*

§. XV.

Sed quid de *Parentibus & liberis* dicendum? annon & hi sibi invicem homicidium lingua inferre possunt? Videtur, quod non, quia Pater & filius habentur pro una persona *l. f. C. de impub. substit.* & in specie pro Parentibus præsumptio bonitatis militat, quod omnia non injuriæ, sed emendationis gratia adhibeant, *l. 16. §. 2. ff. de pœn.* Verum unitas personæ inter patrem & filium non ulterius extendenda, quam limites patriæ potestatis admittunt, quæ filium impune manu aut lingua occidere sine dubio non permittit. Deinde præsumptio quidem est pro Parentibus, hæc tamen contrario probato veritati cedit, *l. 24. ff. de probat.* Exemplum filii homicidæ in sacris Scripturis se sistit *Absalom*, filius Davidis, de quo *2. Sam. 15. v. 2. seqq.* memoratur, quod *suffuratus fuerit animum Israelitarum, dum in jus venientibus ad Regem respondebat: Rationes tuæ bonæ sunt ac rectæ, sed*

sed qui audiat, nemo tibi est à rege, quo ipso Patrem regno, si non vita ipsa spoliare intendebat, uti eventus etiam evidentissime testabatur. Alia exempla Parentum & liberorum qui se invicem lingua occidunt non sunt longe petenda, sed quotidie pro dolor obveniunt.

§. XVI.

A Dominis etiam in Servos, & a Servis vicissim in Dominos hoc crimen multifariam admitti potest. Si ex Sacris iterum rem exemplis illustrare volumus, ex utraque parte talia se offerunt. Josephus certe rarissimum fidelissimi Servi exemplar erat, adeo ut probitate ejus Potiphar commotus, illum Domui suæ præficeret & omnia, quæ ipsius erant, in ejusdem manus traderet; nihilominus tamen Uxor Potipharis, postquam Joseph scædam hujus libidinem explere mascule recusaverat, eum tanquam attentatorem pudicitiae & adulterum nequissimum traducebat, & querela sua efficiebat, ut Josephus innocens in carcerem detruderetur, Genes. c. 39. E contrario Ziba, servus Mephibosethi, Dominum suum innocentem ut rebellem & proditorem Davidis accusabat, 2. Sam. 16. v. 3. 4. quasi scilicet Mephiboseth de exilio Regis gaudens dixisset: Hodie redditura sunt mihi domus Israelis regnum patris mei, quo ipso David commovebatur, ut omnia, quæ Mephibosethi fuerant, ei eriperet & Zibæ donaret, jung. 2. Sam. 19. 26. 27. Apud Romanos tamen delationes Servorum plane non audiebantur, sed in illos, qui tale quid moliri audebant, pœna capitalis statuta erat. Totam rem exponit Constitutio Imp. Arcadii & Honorii in l. 20. C. de his, qui accus. non poss. Si quis (sunt verba legis) ex familiaribus vel ex servis cujuslibet domus cujuscunque criminis delator atque accusator emerferit, ejus existimationem, caput & fortunas petiturus, cujus familiaritati vel Dominio inbaserit: ante exhibitionem Testium atque

C

exa-

examinationem iudicii, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam amputari oportet potius, quam audiri. Majestatis autem crimen tantum excipimus. Aliud tamen temporibus Tiberii cæterorumque Imperatorum, qui ex Tyrannide Delatoribus plus justo indulserunt, obtinuisse ex iis quæ super diximus, probabile est.

§. XVII.

Nec inter *Conjuges* hoc crimen infrequens est. Debebant quidem ex intentione Dei uti omnes homines ita in specie ii, qui per vinculum matrimonii indissolubile conjuncti & una caro facti sunt, arctissimo amore se mutuò complecti; sed quemadmodum à potentia ad actum, sic quoque à debito aut jure ad facta non valet consequentia. In conjugio debebat repræsentari mysterium unionis Christi cum ecclesia quod est in limpidiſſimo amore, *v. Eph. I. 2. v. 23. ad fin. cap.* sed scætet communiter invidia, disſidiis, conviciis atque calumniis, Autorem Diabolum & affectus peccaminosos habentibus. Et quod in communi proverbio dicitur: Unitatem carnis resolvi in duplicitatem, quoties *Conjuges* litigiis indulgent, id quoque locum habet in casu, quando quidem verbera cessant, sed verbis alter alterum jugulare intendit. Fit hoc varias ob causas. Generaliter tamen dici potest, quod toties fiat, quoties Maritus uxoris, & hæc vicissim Mariti per tæsa est adeoque mortem illius exoptat, ut si vel non consequitur, quod ex honorum aut divitiarum classe sperabatur, vel furtivi amores legitimum thorum exosum redunt. Et tunc minutissima conquiruntur & innocentissima pessimè detorquentur, quemadmodum *Michal* Davidi coram Jehova saltanti exprobrabat *2. Sam. 6. v. 20.* dicens: *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israelis, qui retexit se hodie ante oculos ancillarum servorum*

rum

rum suorum, prorsus ut retegat se unusquispiam e' vanissimis ho-
minibus. Colligit quidem *Wissenbach Disp. 33. ad ff. tb. 18. ex*
l. pen. C. de bis, qui accus. non poss. (quam retulimus §. *prat.*)
quod apud Romanos non fuerit permiffum Conjugib9 se
invicem accusare, id quod remedium restringendis Con-
jugum simultatibus videri posset; Sed quia tamen ipse ex
diverfis evidentibus textibus, quos allegavit, agnoscere
tenetur, permiffam fuisse ejusmodi accusationem ob adul-
terii, suppositi partus, & veneficii crimen, parū utilitatis in-
de provenisse certum est, quia pleræque Conjugum que-
relæ ex prætenfa vinculi matrimonialis violatione prove-
niunt.

§. XVIII.

Progredimur ad *Doctores & Auditores*, ubi iterum ho-
micidium lingvæ innumeris modis fieri potest. Assuma-
mus saltem illum casum, si quando Auditor cæco impetu
tradita Doctoris amplecti & in ejusdē verba jurare recu-
sat, & tunc Doctor illum periculosissimum vel heterodo-
xum hominem esse declamat, & hoc ipso omnem promo-
tionis spem illi præscindit. Concedimus quidem lubenter,
Auditorem reverentiam debere docenti, eundemq; tra-
dita illius tandiu sequi adstrictum esse, quamdiu rationabi-
lem & justam divertendi causam non habet. Verum si
hæc causa adsit, docens injustissime agit si discipulum ea-
propter traducat, aut hujus assensum per prætextū quar-
ti prætexti extorquere velit. Etenim quartum præce-
ptum in Sciptura nullibi ad Præceptores extenditur, ne-
que de rebus controversis ad intellectum pertinentibus
disponit. Auditores contra hujus criminis rei fiunt, qui
fidios Præceptores ob seria monita ad vitā virtuosam ode-
runt, & tam apud exteros quam Parentes suos, imo Patro-
nos, nescio cujus vel erroneæ doctrinæ, vel vitiosæ vitæ &

inhabilitatis ad officium ipsos infimulant, quo sæpe maximum detrimentum Præceptoribus inferri solet.

§. XIX.

Sequuntur *Ministri Ecclesie*, de quibus si quæras, an & illorum Lingva crimini homicidii inservire possit? affirmando respondemus. Malum est tamen ea, quæ huc pertinent, verbis aliorum, quam nostris exponere. *Notissimum est*, inquit *Carpzov. in Jurispr. Consist. l. 3. tit. 9. Def. 98. n. 12. Clericos sæpius affectibus suis regi, iisque indulgere magis, quam Laicos, & ubi d. l. n. 10 quæstionem ita formaverat: Num verbi minister, qui pro Concione verbis injuriosis quempiam notaverit, hoc est peccatorem in publico ex suggestu vel expressè nominatum, vel graphice depictum, de peccatis, vel contra puritatem doctrina, vel contra honestatem vitæ commissis, perstrinxerit & reprehenderit, injuriarum teneatur?* affirmative ad illam respondet atq; paulò post n. 16. hæc verba subjicit: *ita scilicet officio suo fungi incumbit Pastoribus & Ministris Ecclesie, ne in concionando affectibus indulgeant privatis & odium sub pretextu muneris emittant, nec auditores injuriis proscindant. Quod si non fecerint, immunes à pœna & tuti ab actione injuriarum hand sunt.* De illis, qui Auditores ex affectibus suis à S. Cœna & absolutione excludunt & tanquã putida Ecclesie membra proclamant, agit *idem d. l. 3. Def. 107.* Pertinet huc in primis, si alterius Religionis affectu variis convitiis proscindantur & per consequentias illis affectas ceu pestilentissimi hæretici, athei, &c. populo depingantur, imo nonnunquam populus ad tumultum contra illos excitandum directo vel per indirectum instigetur. Graviter *B. Brunnemannus in Jur. Eccles. l. 1. C. 6. M. 1 §. 5. In Elencho*, inquit, *ac refutatione contrariarum opinionum nonnulli nostratum etiam candorem desiderant, dum quedam in homiliis ad populum talia dogmata Adversariis tribuunt, contra que illi protestan-*

testantur; ubi tamen quod nobis iniq̄ fieri querimur, nec aliis facere debemus. Sic loc. cit. §. 27. ubi de tolerantia diuersarum Religionum egerat, subjicit: Tolerantiam in eo constituo, ut Theologi a nominibus contumeliosis, v. g. Flaciani, Luderani, Papasini. Esavita, Suita, Sacramentarii &c. abstineant, nam nullum video usum hujus rei, potius majorem exacerbationem inde sequi existimo, ubi in notis addit Illustr. Dn. Strykius: Quam pauci sunt illi, qui non gloriæ privatæ captandæ ergo calamum stringant in adversarios; qui non calumnias, vel injuriosa seriis immisceant verba. Ab Auditoribus vicissim Pastores Ecclesiæ lingua occiduntur, si tanquam hæreticos, scelestos, & nescio quos pessimos homines, illos traducant, quod plerumque fieri affolet, si studium veræ pietatis à Pastoribus majori cum Zelo, ac communiter fit, urgetur: Quod si enim Pastores auditoribus indulgent, hi iterum illorum nævos, sat magnos interdum, dissimulant & pallio amoris, ut loquuntur, obtegunt, & sic manus manum lavare novit.

§. XX.

Magistratus & Judices tam in civilibus, quam criminalibus causis hoc crimine se polluere possunt, videlicet per falsas relationes ad Judicem superiorem, vel ipsum etiam Principem transmissas, quibus efficiunt, ut sæpe is, qui justissimam causam habet, inauditus & non visis actis condemnatur, quia pro Judicis Relatione præsumitur. Præcipue vero in criminalibus hoc fieri potest, si v. g. pro verbis Inquisiti, aut Testium, alia substituit judex, quibus maxime gravatur Inquisitus: vel si, dum Acta ad Facultatem aliquam Juridicam transmittuntur, literis requisitorialibus der Urteils-Frage, ejusmodi circumstantias inserit, quibus Collegium ad condemnandum Inquisitum facile moveri potest, puta, si quis de homicidio inculpatus

fit, & Judex eum antea semper rixosum hominem fuisse scribat, licet hoc in Actis minime probatum fuerit *Oldeleop. Decad. 1. q. 9.* Optime proinde dispositum est in *Ordin. Process. Duc. Magdeb. c. 50. §. 13.* daß die Registratur des inquisiti und der Zeugen Aussage durch einen geschwornen Gerichts-Actuarium oder Notarium publicum geschehen / und derselbe Aussage beydes des inquisiten und der Zeugen nicht mit *Nescit*, *Affirmat* oder *Negat*; sondern mit denen Worten / wie sie geredet und ausgesprochen worden / auffzeichnen solle. Solet etiam in bene constitutis judiciis observari, ut literæ requisitoriales Actis inserantur, quo pertinet monitum *Dn. Brunnemanni* in der Anleitung zu vorsichtiger Anstellung des Inquisition *Processus. c. 1. §. 6.* Das ist nöthig / daß die abgelassene Bericht: Schreiben an die Facultäten oder Schöppenstühle allezeit in copia denen Actis beygefüget werden / damit ein Inquisit daraus bey führender Defension sehen möge / ob Er nicht durch den Bericht in ein oder andern Umstand graviret sey / welches öftters zugesehehen pfleget. Imo Literas illas requisitoriales Inquisito, vel ejus Defensori communicandas, & si desideratur, in copia tradendas esse contra *Carpzovium* defendit *Justus Oldekop. Dec. 1. qv. 7.* quo cum ordinationem *Processus Gothanam* consentire asserit *Georg. Keyser Prax. Crim. P. 1. c. 8. §. 8.* licet hoc non ubique conformiter observari certum, atque adeo ad consuetudinem cujusvis loci respiciendum sit. Et retulit mihi *Dn. Præses*, quod sæpius ex officio pronuntiaverit *Ampl. Facultas Juridica Hallensis.* daß für allen Dingen die an uns geschickte Urteils: Frage ad acta zubringen / quoties videlicet ex ea senserunt, aliquid in præjudicium innocentum judices voluisse committere. Insuper tutissimum est pro Referente in casu, ubi tale quid refertur in literis requisitorialibus, quod acta non loqvuntur, ut hoc plane non attendat, quoniam Ju-
dici

dici extra acta quid asserenti non credendum, *Mascard. de Prob. Concl. 35. n. 3. Rennemann de transmiss. Actor. c. 6. §. 20.*

§. XI.

Restat denique *Princeps*, qui quidem puniri in his terris etiã ob crimina contra Legem divinã commissa non potest, quia superiorem præter Deum non agnoscit; interim tamen ipsa crimina, & in specie nostrum Homicidium Linguae haud raro ab eodem committi potest. Exemplum huc pertinet ex sacris ubi *David* *Uriæ* ad *Joabum*, qui *Rabbam* obsidebat, revertenti literas dabat hujus tenoris 2. *Sam. 11. v. 15. Adhibite Uriam ex adverso praeliorum fortissimorum, deinde avertite vos ab eo, ut percussus moriatur, quæ hunc habebant effectum, (v. 16. 17.) ut Joab poneret Uriam versus locum illum, ubi sciebat esse viros strenuos. Egressisque viris Civitatis & pugnantis contra Judam, ceciderunt e populo, e servis Davidis, & mortuus est Uria Chittæus. Unde proverbium originem traxit: Er hat Urias Brieffe bey sich / quando quis inscius sui ipsius infortunium procurat, quod facillimè per ejusmodi literas fieri potest, præsertim si tradantur à superiore, ubi in subditi arbitrio non est, an nuncium agere velit, annon, sed ille jussa Principis præcise exequi tenetur. Simile exemplum est, quod de *Bellerophonte* tradunt Historici, de quo consuli potest *Erasm. in Adag. Cbil. 2. Cent. 6 Prov. 82 & Natalis Comes in Mytholog. l. 9. c. 4. Referri etiam huc potest historia de Acha-bo & Nabotho 1. Reg. 21. Subditi in Principem vero homicidium linguae committunt, quotiescunque debitum obsequium detrectant, Principem calumniantur, & Tyrannum, injustum atque flagitiosum esse deprædicant, ex quo sequuntur conspirationes, exacerbationes animorum, & inextricabiles simultates, quæ sæpe Principem in vitæ & salutis periculum detruserunt.**

§. XXII.

Sufficiant hæc de personis, quæ homicidium Linguae committunt; quæritur jam, in quos illud committi possit? Et respondemus breviter, in omnes homines, parentes, liberos, Dominos, Servos, Conjuges, Præceptores, Discipulos, Pastores, Auditores, Iudices, Litigantes partes, Principes & Subditos, id quod ex iis, quæ à §. 15. ad §. 21. dicta sunt, simul luculenter apparet, neque adeo prolixa & tædiosa repetitione opus habet. Illud tamen ratione *infantum & furiosorum* observandum est, quod licet illi ob defectum intellectus ad committeendum hoc crimen idonei non sint, ipsi tamen lingua occidi sine dubio possint, non minus, quam si crasso modo & adhibita vi externa vita priventur, injuria enim ex affectu facientis constat, *l. 34. ff. de obligat. l. 3. §. 1. ff. de injur.* Videtur equidem casum non esse dabilem, ut infantes injuriis afficiantur, nondum enim tanquam doli non capaces, delinquere voluerunt & sic alter nihil verosimile proferre potest, quod maculam inferat; infanti. Interim alio intuitu dabilis est casus, ubi maximum infantis præjudicium vertitur, v. g. si suppositus esse arguatur & agnati sub hoc prætextu eum à successione paterna excludere intendant, ubi tamen jure Romano constitutum erat, ut licet alicui controversia facta fuerit, an inter liberos sit, huic tamen, si impubes esse deprehendatur, causa cognita perinde possessio dari debeat, ac si nulla de ea re controversia esset: *judicio in tempus pubertatis dilato l. 1. pr. & t. t. ff. de Carbon. Edict.* Circa *furiosum* adhuc plures casus occurrere possunt, videlicet si dicatur, illum tantis vitiis se olim maculasse, ex quibus furor necessario consequi debuisset, qualia vitia sunt crapula & comestiones perpetuæ, fœdæ libidines &c. item, DEUM ex justa vindicta hunc hominem ratione sua privasse, quemadmodum
 sæ-

sæpius audiuntur voces de adversitate aliorū gaudentium, das hat Er umb mich/ umb diesen oder jenen gar wol verdienet. Alienantur enim hoc modō animi hominum, ne furioso succurrant, aut ejus misereantur, qui tamen misericordiā quā maximē opus habet. Quoad *Prodigum* res est clara, quod iisdem modis, quibus aliis hominibus, illi homicidium inferri possit. Specialis tamen casus est, quando quis, præcipuē cognatus, alterum calumniis onerat, ac si bona sua dissipet, quō hic tanquam prodigus declaretur & alter administrationem bonorum accipiat, indeque dulce lucrum captare possit, prodigi enim & furiosi sunt in curatione agnatorum, §. 3. *J. de Curat.*) Idem obtinet, si declaratio facta & Cura agnato jam demandata sit, & ille, licet prodigus ad sanos mores redierit, calumniis suis efficiat, ne iterum homo frugi declaretur, quod in furioso etiam fieri potest.

§. XXIII.

Committitur homicidium lingvæ regulariter in nolentes. Sed quid, si in volentem committatur? Adducamus casum plane singularem ex *Caut. Contract. Illustr. Dn. Strykii Sect. 2. c. 6. §. 16.* ubi Debitor Chirographo sequentem clausulam inseruerat: Die Gläubigerin solte im Fall nicht erfolggender Zahlung befugt seyn/ seine/ des Schuldners/ Güther nach belieben eigenmächtig zu occupiren / ihn aus denselben auch mit gewapneter Hand heraus zusehen / ic. Solte sie auch dergestalt ihre Vergnügung nicht erhalten können / so gäbe der Debitor ihr freye Macht und Gewalt / ihn mit Schelt- und Schmähe Schrifften an allen Orthen und Enden anzugreifen/ selbe anzuschlagen / auch davon nicht abzulassen / bis die Gläubigerin vergnüglich bezahlet / und solle sie durch dergleichen procedur wieder Recht nicht gehandelt haben. Jam ponamus, solutionem non potuisse obtineri à Creditore nec per ipsam bonorum debitoris occupationem, & ideò Creditri-

D

cem

cem Debitorem variis contumeliis ore prolatis & scripto comprehensis onerâsse, quæritur quid juris? & an Creditrix contra Debitorem peccâsse dici possit? alium casum recenset *Vir illustris d. tr. Sect. 1. c. 5. §. 21.* ubi Debitor in instrumento obligationis illum Advocatum infamem pronunciaverat, qui ipsi contra Creditorem patrocinium præstiturus esset, his formalibus: Er wolte auch hiemit denjenigen Advocaten, welcher ihm wieder die in gegenwärtiger Obligation enthaltene Verbindung dienen würde / vor einen Schelm erkläret haben. At reperitur nihilominus Advocatus, qui ipsi patrocinium præstat contra Creditorem, quæritur quid juris? Hic, quantum quidem ad casum posteriorem, res dubio caret, quia ex promisso suo legibus contrariante nemo jus accipit, tertium quendam, qui rogatu ipsius causæ patrocinium gerit, infamiâ afficiendi, quod ne quidem in viribus ejus positum est, & propterea si Debitor hoc casu Advocatum injuriis afficit, is huic actione injuriarum tenetur. Quoad casum primum autem majus dubium subesse videtur. Volenti siquidem non fit injuria, *l. 1. §. 5. ff. de injur.* & quilibet potest favori pro se introducto renunciare, *Nov. 136. c. 1.* ergo & actioni ob injurias ab altero illatas competenti. Verum enimverò, quia tale pactum est turpe & ad delinquendum invitat, ideò nullius efficaciam id esse putamus, cum *Illustr. Dn. Strykio d. tr. S. 2. C. 6. §. 17.* & omnino distingvendum inter *injusta pati,* & *injuriam pati.* Licet igitur volenti non fiat injuria, pateret tamen hoc casu volens injustum. Ad crimen autem & pœnam sufficit, quem injusta passum, ut maximè volens passus sit, si modò atrocius quippiam sit, quodque non erat in ejus potestate, dicente *Anton. Matthæi de Crimin. proleg. c. 3. n. 3. circa fin.* Quemadmodum ergo homicidium committit, qui alium e.g. vitæ molestiarum pertæsum, & ob

id

id mortem libenter suscipientem occidit: ita & lingvâ occidit is alterum, qui ex causa aliqua inductus, (uti in casu nostro erat inopia Debitoris) licentiam infamandi alicui concedit. Si enim ejusmodi causa non adsit, non dabitur casus, ut quis in injurias sibi inferendas consentiat, nisi fortè integritate mentis destitutus sit, aut res inter amicos jocantes agatur. Ergò quamvis possim concedere alicui, ut e. g. quando libuerit, equum meum sclopetò interimat, & sic hòc respectu mihi, ut volenti, non fiat injuria; non tamen à re, de qua pro lubitu disponere possum, ad famam & vitam, dispositioni meæ liberæ exemptam, argumentatio procedit. Quod de renunciatione favoris allegabatur, huc pariter applicari nequît, quia hæc renunciatio alterum ad delinquendum invitaret, quod non admittunt jura.

§. XXIV.

Variis itaque modis Homicidium Lingvæ committitur, scil. vel *in judicio*, vel *extra judicium*. In judicio vel *judicando*, vel *denunciando*, vel *accusando*, *agendo* & *excipiendo*, vel *advocando*, vel denique *testimonium ferendo*. Extra judicium vel fit *publicè*, vel *privatim*, & illud quidem iterum vel *ore*, vel *scriptis*, &c. quæ omnia fusissimâ explanatione persequi possemus: sed quoniam, ubi de Personis, quæ hoc crimen committunt, fuimus solliciti, subinde hæc simul jam inspersimus, ideoque nonnulla paucis adhuc supplebimus.

§. XXV.

Judex hujus criminis reus fieri potest inter alia etiam, si nimis credulus sit, & statim ad vagam quamlibet denunciationem specialem inquisitionem contra certam personam instituat, quæ si non ipsa vita, certè tamen famâ & maximâ ut plurimum bonorum parte exinde spoliatur, ob nimium illum excessum, qui in exigendis sportulis judicialibus committitur, & opinionem subit, licet erroneam, com-

D 2

mu-

munem tamen, inquisitum statim infamiae maculâ laborare. Is quoque qui ad *denunciationem* vel ex malitia, vel ex levitate profilit, pari tunc gradu cum Judice tenetur, quod idem in *Accusatione* obtinet. Porro multi *Actores* reperiuntur, qui alios ex sola malitia Processibus fatigant, werffen ihnen einen Process an den Hals / ut facultatibus eas emungant: contra *Rei* quàm sæpissimè exceptionibus frivolis Actoris intentionem eludere intentant, ac postea ad asylum affectatæ ignorantiae: *Si fecisti nega*, contra conscientiae dictamen prolabuntur, perinde ac si lex aliqua adesset, quæ serio à *Reis* ex posceret, ut præcisè litem negativè contestentur, & per consequens Actori onus probandi gravissimum imponant, ex quo in consuetudinem abiit, quod lites penè immortales fiant, & proverbium: *Spiralites spirant, sed non expirant*, non solum in iudicium Camerae, sed in quæcunque Germaniae fora quam optimè quadret. Multi *Actores* per hanc malitiam reorum eo adiguntur, ut justissimam causam deserere cogantur, vel si tandem Diis placet, ut intra seculum, & quod excurrit, causa finem inveniat, plus sumptuum se impendisse plerumqueprehendunt, quàm ex victoria causæ iterum consequuntur, quod certè maximam rei familiaris jacturam infert.

§. XXVI.

In Criminalibus porro causis delictum hoc committitur *nominandò innocentem, tanquam socium commissi criminis*. Notabilem casum ad hanc materiam facientem refert *Reyser Prax. Crim. p. 1. C. 6. §. 14.* Es hatte eine lose Bettel unterschiedene ledige und verehligte Personen zu ihrer Schwangersung angegeben und hernach zum theil revociret / endlich aber noch eine verehligte Mannes Person / so auch mit ihr Ehebruch getrieben haben sollen / bezüchtiget / jedoch dieselbe anfangs weder zu nennen noch mit richtigen Umständen zu beschreiben gewußt / vielmehr aber hernach / was deswegen regi-

stri-

striret / nicht geständig seyn wollen / biß endlich Meldung geschehen / ob hätte sich die Bettel besser bedacht / und wise / wer diese Person sey / und selbe genennet. Worauff dieser Ehemann / ob Er gleich sonst bonz famz gewesen / vorgefordert / und da Er bey der Vorhaltung nichts an solcher Beschuldigung geständig seyn wolle / ihm die Confrontation mit der Bettel angefohen auch allen widersprechens unerachtet damit verfahren worden. *Concurrit hinc etiam enormis excessus Judicis, quem jam §. prec. ab init. notavimus, dum scilicet Judex nimis credulus & simul nimis facilis fuit ad confrontationem instituendam, unde etiam postea à Scabinis Lipsiensibus pronunciatum fuit: daß der angegebene Socius criminis von angestellter Inquisition zu absolviren / und bleibe ihm N. wegen unrechtmäßig wieder ihn angestellten Inquisition gebührend zubelangen unbenommen; Eadem est ratio in suggestionibus, quæ fiunt à Judice, quando vel in inquisitione generali ex testibus quærit, annon Cajus vel Titius e.g. homicidium commiserit, vel in speciali inquisitione & examine inquisiti, hunc interrogat: annon Cajus vel Titius socii delicti fuerint. Qui questionem habiturus est, inquit Ulpianus in l. 1. §. 21. ff. de Quæst. non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter, quis id fecerit, alterum enim magis suggerentis, quam requirentis videtur. conf. Gotbofr. ad d. l.*

§. XXVII.

Instigationes Advocatorum & dissuasiones, ne Partes inter se transigant, huc maxime etiam pertinent, quia dum ejusmodi Advocati ex diffidiis litigantium panem lucrari quærunt, litigantes eò ipsò ad incitas rediguntur. Et certe qui optimè lites protrudere novit, sæpius peritissimus existimatur. Nota est historia de Advocato quodam, qui alteri Advocato filiam elocans eidem locò dotis aliquot processus magni momenti tradebat. Erat autem gene

D 3

homo antiquæ fidei, qui bonâ fide agebat & intra paucos menses vel annos omnes causas ad finem perducendo victor existeret, quô factô socerum, ut alia media conqui- rendi panis quotidiani suppeditaret, urgebat. Hic verò, vah! inquebat, quâm insipido homini filiam elocavi, qui intra breve tempus perdidit, quod mihi & nepotibus meis sustentandis satis fuisset. Præterea sunt etiam multi, qui omissis causæ momentis ad convivia deflectunt & Clie- tem suum non rarò gravibus pœnis subjiciunt.

§. XXVIII.

Præcipue autem homicidium lingvæ in Judiciò com- mittitur per *falsum Testimonium*, si Testes vel odio, aut a- micitiâ inducti, vel muneribus corrupti, animosè contra accusatum deponunt. Quia enim Judex, fidem eorum sequi tenetur, è contrario autem malitia animi, aut corru- ptio, non semper ab eo, contra quem producuntur Testes, liquido probari potest; hinc necessarium consequens est, quod ejusmodi depositionem judicis condemnatio & per hanc jacturâ vitæ, famæ & bonorum condemnatum se- quatur. Experiebatur hoc suò damno *Nabothus*, de quo in historia Achabi, *1. Reg. 21. v. 11. 12. 13.* Scilicet, *veniebant duo ho- mines nequam, consedebant ex adverso ejus & testabantur con- tra Nabothum coram populo dicentes: Maledixit Naboth DEO ac Regi: sic eduxerunt eum extra civitatem suam, & lapidi- bus obruerunt eum, ita ut moreretur.* Hinc lingua fallax, & testis falsus mendacia conflans à Salomone recensentur in- ter septem illa, quæ sunt abominationi animæ Jehovæ, *Prov. 6. v. 17. 19.*

§. XXIX.

Deniq; quomodo *in scriptis* committatur, jam ex par- te simul indicavimus §. 27. *in fin.* Fieri præterea potest per libellos famosos, Pasquillos, injurias scriptas, de quibus omni-

mnibus supra dictum fuit. Addimus in præsentitantum, quod plerumque etiam *in libris & Tractatibus* sub specioso Titulo editis committi possit. Et quidem hoc delictum inter Eruditos maxime deprehenditur, quò magis scilicet hi in omnibus facultatibus de variis controversiis inter se decertant, quod reliqui, e. g. Rustici, Opifices, Mercatores, Milites, &c. non ita faciunt, utpote qui ab ejusmodi studiis planè sunt alieni. Non est, ut hîc JCros, Medicos, & Philosophos excipiamus, dantur enim & inter hos ingenia, quæ convitiandi genere delectantur; Solet tamen hoc crimen maxime in Controversias Theologicas irrepere, quò majoris scilicet ponderis hæ esse putantur, & quilibet se Zelò divinò instructum esse credit: Explanemus rem verbis *Brunnemanni ad l. 9. ff. de injur. Quid dicendum est, inquit, de scriptis hodiernis Theologorum? Ea pro famosis libellis haberi nequeunt, quia crimina rarò (interdum tamen & hoc faciunt,) impingunt, sed pro infuriosis scriptis elenchticos nonnullos libellos habendos & a Magistratu puniendos esse, negare nemo nequit. Religio religiose defendenda, non per scommata & Cachinnos.*

§. XXX.

Probationem hujus criminis, quod attinet, ea peragitur illo modo, prout in aliis criminibus probandis procedi solet, neque adeò hîc speciale quid occurrit. Quoniam tamen verbis vel ore prolatis, vel scripto comprehensis committitur homicidium lingvæ; hinc ex rei natura consequitur, probationem vel per testes, vel per instrumenta peragi & hoc ultimo casu instrumentorum recognitionem aut juratam diffeffionem urgeri posse. Admittuntur quoque præsumptiones & conjecturæ, quales desumuntur ab inimicitia præcedente, comparatione literarum, &c. & pro re nata vel juramentum suppletorium Actori, vel purgatorium Reo injungitur. Referrî huc quodammodo potest

test l. 22. C. ad L. Corn. de falsis quæ de crimine falsi disponit, quod ubi ejus examen inciderit, acerrima fieri debeat indago argumentis, testibus, scripturarum collatione aliisque vestigiis veritatis, conf. etiam l. 23. § 24. C. cod. in conficiendis Pasquillis hoc artificio uti solent, ut literas vel potius integra vocabula ex vetusto aliquo libro excendant, cum charta eadem conglutinent & sic rem exprimant, ne manus ipsos prodat; In tali ergo casu consultum erit, ut si contra aliquem urgentes præsumptiones militent, Judex statim per ministros judiciales scrinia inculpati pervestigari curet, annon res suspectæ aut instrumenta ibi reperiantur, & sic convinci eò citius possit. Adhibendi tamen sunt Testes cum Notario, & per hunc omnia, quæ reperta fuerunt, & quæ aliàs ad causam pertinere videntur, in scripturam redigenda, v. pluribus *Brunnem. Proc. inquis. c. 8. Membr. 2. §. 7. 13. seqq.*

§. XXXI.

Pœna homicidii nostri pro varietate juris & Legum ipsa quoque varia est. Quantum autem primò ad jus divinum attinet, sicut DEUS serio prohibuit, ne quis lingvâ in proximi damnum abutatur, v. Exod. 20. v. 16. c. 23. v. 1. Deut. 5. v. 20. ita quoque in transgressores hujus legis severè & quidem pœnâ Talionis animadverti voluit, de quo agitur Deut. 19. v. 16. ad 21. Si surrexerit testis injurius in aliquem, ad testificandum in eum apostasiam, tùm sistent se duo viri, quorum fuerit controversia ista, coram Jehova, ante Sacerdotes aut Judices, qui erunt in diebus illis. Quumque inquisiverint Judices illic benè, si ecce Testis falsus est testis ille, falsum testatus est contra fratrem suum, omninò facietis ei, quemadmodum molitus fuerat fratri suo, ut tollas malum è medio tui: & qui reliqui sunt, audientes timeant, neque pergant deinceps facere simile quicquam huic rei male in medio tui. Ne igitur parcito oculus tuus: VITA PRO VITA, OCULUS PRO OCULO, DENS PRO DENTE, MANUS PRO MANU, PES PRO PEDE (quæ

(quæ pœna & aliis in delictis statuitur *Exod. 21. v. 23. Lev. 24. v. 19. 20.*) Disputant hîc quidem acriter Hebræorum & nostri Doctores, an ista dispositio secundum literam sit intelligenda, an verò per illam, tanquam proverbialem locutionem, tantum indiget, pœnas delictis proportionatas esse debere, ne scuticâ dignum horribili flagello sectemur, & contra, quorum aliqui priorem, alii vero posteriorem opinionem amplectuntur, rursus alii autem dicunt, licuisse quidem injuriæ talionem exposcere Hebræis apud Judices, secundum literam legis, verum non tanquam licitam, sed solum majoris mali vitandi causâ, quod gens ad ultionem valde prona esset; v. pluribus *Pufendorff. de J. N. & G. l. 8. C. 3. §. 27. Anthon. Mathai de Crimin. tit. de injur. c. 2. §. 2. 3.* Verum enim vero in fundamenta cujuscunq; ex his tribus opinionibus inquirere nostri instituti non est, ad scopum siquidem nostrum sufficere potest, quod sive secundum literam intelligenda sit lex divina, sive minus, DEUS tamen rigide calumniantes puniri voluerit. Nec refragatur, quod adductus Textus solummodo de teste falsario loquatur; Respondemus enim & in legibus divinis procedere Regulam, quod ubi eadem ratio, ibi eadem quoque legis dispositio adsit. Sicut ergo communiter sub falso testimonio testium omnes detractiones & calumniæ aliorum hominum, judicialiter & extrajudicialiter, publice & privatim, ore & in scriptis factæ à Theologis comprehenduntur; Ita & pœnam ab uno casu ad alterum extendere absonum haud erit.

§. XXXII.

Quoad *Jus Romanum* distingvi debet inter *jus antiquum* & *novum*. Jure antiquo ex *L. Remmia* secundum alias Memmia, cujus jam Cicero pro Sexto Roscio mentionem facit, calumniatorum fronti litera *k* inurebatur, quia olim Ka-

E

lumnia

lumnia, non calumnia scribebant, *l. 1. §. 2. ff. ad SC. Turpill. ibiq; Gothofr. unde in l. 13. ff. de Testib. calumniatori homo integra frontis opponitur. Cicero loc. cit. accusatores anseribus & canibus Capitolinis confert eosq; postea ita alloquitur: Crura quidem vobis nemo suffringet; sed si ego hos bene novi, literam illam, cui vos usq; eò inimici estis, ut etiam alias omnes oderitis, ita vehementer caput affigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis, v. Henel. Ot. Wratislav. c. 16. Hanc legem postea sustulit Constantinus in l. 17. C. de pœn. ex hac ratione, quod facies ad similitudinem pulchritudinis cœlestis figurata sit eaq; maculari non debeat, & eò contrario constituit, ut inscriptiones in manibus & in suris fiant, licet quoad rationem illam imperatorem aliquid humani passum esse recte moneat Henel. loc. cit. & Matthæi de Crimin. ad l. 48. ff. tit. 18. n. 11. quia scilicet imago Dei non in facie hominis externa, sed potius in interna pulchritudine, hoc est, conformatione virium animæ cum DEO & ejus lege consistit. Ex quo videre licet, quod quamvis ante Constantinum *Vespasianus & Titus* Delatores flagellis cæsos per Amphitheatri arenam spectandos traducerent: *Pius* verò *Antoninus* eosdem si non probarent, capitali pœnâ afficeret, & si probarent, oblato præmiò infames dimitteret, *Alex. ab Alex. dier. genial. l. 4. c. 22.* iniustio tamen stigmatum non fuerit abrogata usq; ad legem Constantini modò adductam. Jure *noviori* calumniatoribus similitudo supplicii dictata est ab Imperatoribus *Honorio & Theodosio* in constitutione *l. ult. C. de accusat. & inscript.* quæ constitutio iterum *l. ult. C. de Calumniat.* inserta est. Ipse quoque Constantinus jam pœnam aliam præter iniustionem, stigmatum dictitasse calumniatoribus videtur propter *l. 5, C. de Delat.**

§. XXXIII.

Hæc delatorum & Accusatorum calumniantium pœna erat jure Romano; Reliqui, ut falsi Testes, judices corrupti, &c. *pœna falsi* ex Lege Cornelia afficiebantur. Videtur equidem primò intuitu istam pœnam solummodo statutam fuisse in eos, qui circa testamenta aliquid admitterent, v. g. si quis testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subjecerit, resignaverit, item, si quis testamentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit dolò malo, *l. 2. ff. ad L. Corn. de fals.* sicuti etiam per totum illum Titulum exempla falsi circa testamenta commissi frequenter adducuntur; Sed salva res est, quia plurimæ leges dicti tituli testis falsi, &c. expressè mentionem injiciunt. Statim in *l. 1. §. 1. 2. 3. d. t.* dicit Martianus: *Pœna Legis Corneliae irrogatur ei qui ob instruendam advocacionem testimoniave pecuniam acceperit, pactusque fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentium. Sed & si quis ob renunciandum, remittendumve testimonium, dicendum vel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna Legis Corneliae afficitur: & qui Judicem corrupcrit, corrupendumve curaverit. Sed & si Judex constitutionas Principum neglexerit, punitur. conf. l. 20. 21. 31. ff. eod.* Quænam autem pœna falsi propriè sit, definiri non potest, aliquando in liberis obtinuit deportatio cum publicatione omnium bonorum, in servis autem ultimum supplicium, *l. 1. §. 13. d. t.* aliquando relegatio, *l. 13. §. 1.* aliquando mulcta, *l. 31. eod.* adeoque pœna est arbitraria. conf. *Matthæi de Crimin. ad l. 48. ff. Tit. 7. c. 2.*

§. XXXIV.

Jure Canonico pœnæ tam fori interni, quàm externi, (juxta stylum Canonistarum,) & harum aliæ spirituales aliæ corporales proditæ sunt. Ad pœnas fori interni referendum *c. 7. caus. 5. qv. 6.* ubi disponitur, *quod si quis falsum dixerit, vel personas innocentes falsò crimine maculaverit, is*

E 2

jux-

juxta sacerdotis arbitrium diuturna poenitentia expurgari debeat. Poena fori externi spiritualis est *Excommunicatio*, c. 4. *Et 8. caus. 5. qv. 9.* imò ipsum *anathema*, si quis famosum libellum in Ecclesia ponere inventus fuerit, c. 3. *caus. 5. qv. 1.* deinde etiam *suspensio*, c. 2. X. de *Calumniat.* ibi: *Vobis mandantes; quatenus memoratum Magistrum Scholarium, donec canonicè suam purgaverit innocentiam, scilicet quod non calumniantis animo ad hujusmodi crimina proponenda processit, ab officio & beneficio suspendatis, ut ceteri simili poena perterriti ad infamiam suorum facile non prosiliant Prelatorum.* Ad poenas corporales referenda *infamia irrogatio*, c. 1. c. 5. *qv. 6.* Poena *talionis*, c. 2. *ibid.* & si hæc ex natura facti & circumstantiarum infligi non possit, *verbera*, c. 3. *ib.* & *deportatio*, c. 1. X. de *Calumniat.* Habetur quidè in c. 5. *caus. 5. qv. 6.* etiam poena capitalis, scilicet, quod *delatori lingua capulari, aut convicto caput amputari debeat*; sed statim subjicitur, quod Gratianus hoc capitulum Hadriani, quantum conjicere liceat, ex Legibus secularibus attulerit; Canones enim non dictitant poenas in vindictam sanguinis transeuntes, sed eas tum quoad sententiam, tum quoad illationem Magistratibus civilibus committunt, v. *Ziegler. ad Inst. Lancell. l. 4. tit. 1. verb. Criminalia judicia. Dessel. Erotem. jur. Can. l. 5. tit. 37. qv. 5. in f.*

§. XXXV.

Videndum jam de *praxi hodierna*, quidnam circa poenas calumniantium obtineat. Accusatorem, seu potius Denunciantem, accusationes enim hodiè rarissime fiunt, imò quemcunque alium, qui lingua sua ad lædendam alterius vitam, famam aut bona abutitur, hodie adhuc poena afficiendum esse & affici etiam, extra omne dubium est. Sed de eo quæritur, qualis poena imponi debeat? Respondemus, quia poena lege aliqua publica non deprehenditur

tur

tur determinata, neque etiam commodè illa determinari potest ob varietatem circumstantiarum in quovis facto occurrentem, quod hinc pœnæ arbitrariæ locus fit. Consentit quoad Denunciatores *Manzius in Decis. Palat in. qv. 68.* dicens, Judicem juxta facti & personarum qualitatem modò pecuniariam, modò corporalem poenam imponere posse. Eadem est sententia *Carpzovii in Pr. Crim. qv. 39. n. 20. seqq.* ratione criminis falsi, qui primario se fundat in *Art. 112. 113. & 115. Constit. Crim. Carolina*, quæ de falsario dicit, daß Er zu Peinlicher Straffe angenommen/ ihm das Land verbotten/ oder an seinem Leibe/ als mit Ruthen ausgehauen/ oder dergleichen nach Gelegenheit und gestalt der Ueberfahung gestraffet werden solle. Ita videmus, quotidie quod ob injurias verbales, famosos item libellos & Pasquillos poena arbitraria in judiciis dictari solet, prout injuria atrocior est, aut levior, pro qualitate item criminis in Pasquillo alteri imputati, v. *Carpz. l. c. qv. 94. n. 32. seqq. & qv. 98. n. 8. seqq.* quamvis quoad poenam Pasquilli notandum sit, quod juxta *Const. Crim. Art. 110.* hoc casu poena *talionis* obtineat, ut scilicet autor pasquilli eidem poenæ subjiciatur, quæ in crimen, quod alteri imputavit, statuta est. *Carpz. l. c. Struv. S. J. C. Ex. 48. tb. 76. Bocer. ad l. un. C. de fam. lib. c. 1. n. 3. & 33.*

XXXVI.

Exasperatur pœna pro ratione circumstantiæ personarum præcipuè, quò pertinet dispositio juris Canonici in *c. l. X. de Calumn.* quod fortius crimina illa punienda esse ait, quæ *sacratibus hominibus, i. e. Clericis, inferuntur*, ob majorem scilicet reverentiam, qui ipsis propter sacrorum administrationem debebatur. Quo major enim est ratio, quæ aliquem à delicto debebat avertere, eo magis pœna debet aggravari. Ex rationis identitate idem dicendum erit, si clericus sit delinquens. Huc spectat *l. 8. C. de Episcop.* quæ clericos

COS

cos falsa testimonia perhibentes etiam majoribus pœnis, quàm alios, afficiendos esse dicitur. *Presbyteri*, inquit imperator *Theodosius*, *citra injuriam questionis testimonium dicant, ita tamen, ut falsa non simulent.* *Ceteri verò Clerici*, qui eum deinde gradum vel ordinem sequuntur, *si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout Leges precipiunt, audiantur.* Ut salva tamen sit litigatoribus falsi actio, si fortè *Presbyteri*, quo suo nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem injuriam sunt precepti, hoc ipso, quod nihil metuant, vera suppresserint. Multò enim magis pœnâ digni sunt, quibus cum plurimum honoris per nostram justionem delatum est, occulto inveniuntur in crimine. Rationem hujus dispositionis affert duplicem *Brunnemannus ad d. l. (1)* quia Clericus spe impunitatis (ob privilegia sua) in hac specie videtur deliquisse, & sic gravius aliis, & (2) quia dignitas auget crimen, quando crimen cum dignitate & professione pugnat. Quò major enim pro tali persona est præsumptio veritatis, eò major quoque est impostura & delictum. Quæ posterior ratio cum eâ quam modo attulimus, coincidit.

§. XXXVII.

Mitigatio pœnæ videtur obtineri posse, si quis e. g. se ex *iracundia* aut *amore* ad verba injuriosa prolapsus esse præ-tendat, ut si gloriatur, se virginem aut viduam honestam carnaliter cognovisse, quò eò citius illam uxorem accipere queat. Efficit enim amor, ut quis mentis suæ non ita compos sit, adeoque in peccante non videtur esse tanta præ-resis. Unde amor æquè ac ira furori subinde comparatur. De iracundia jam supra diximus, ubi de homicidio lingvæ doloso fuimus solliciti. Prætensum amorem quod attinet, sine dubio est, per istiusmodi verba gloriatorum famam virginis & viduæ honestæ maximoperè periclitari, & quamvis gloriator ille dolum malum infamandi virginem à se abfuisse asserat, hoc tamen asserere cum specie verita-

rita-

ritatis non potest, quia si voluit, facile scire potuit, exinde nil nisi detrimentum famæ alteri obvenire posse. Neque amor est aut ejus signum diffamare personam amatam, sed plerumque alius affectus majori odio dignus latet. Hinc Clerico gloriatori de stupro virgini illato suspensio dictata in *c. 9. X. de excess. Pralat.* Pariter in *Const. Elect. Sax. 45. p. 4.* disponitur: Diweil dann solches eine ganz beschwerliche Diffamation ist / dadurch Frauen und Jungfrauen an Ehren bößlich verlezet werden; So ordnen und setzen Wir / daß ein solcher Verbrecher oder Verleumbder neben dem Wiederruff / so Er dem Part thun soll / mit willkührlichen Straffen / als Gefängnis / zeitlicher oder ewiger Lands Verweisung / samt Staupenschlägen nach Gelegenheit der Umstände beleget und gestraffet werden soll.

§. XXXVIII.

Sed annon excusabitur, ad minimum in tantum, ut pœnæ mitigationem obtineat, qui se aliô *mandante* (qui *Ad-junctus* vocatur in *l. 17. C. de Accusat.*) hoc crimen perpetrare probare vult? Ita videtur, quia hic non habet proære-
fin alterum convitiis onerandi, sed saltem instrumenti locô est; Verùm quia novit esse contra Leges, quod Mandator ab ipso exposcit, & ille hoc nihilominus suscipit, hinc excu-
sationem minimè meretur, sciens enim & volens contra Leges insurgit, neque adeo pro nudo instrumentô haberi potest. Optimè *Gordianus* in *l. 5. C. de accus.* Non ideò, dicit, *minus crimine sive atrocium injuriarum judiciò tenetur is, qui injustam accusationem incidit, quia dicit alium se hujusmodi facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu præter principalem Reum Mandatorem quoque ex sua persona conveniri posse igno-
tum non est.* Rei turpis enim nullum mandatum, & sic nulla exinde profluens obligatio est, *l. 6. §. 3. ff. Mandati. l. 26. ff. de V. O.* ideò qui nihilominus tale mandatum exequitur, rem sponte sua peregisse censetur.

§. XXXIX.

XXXIX.

Satisfactio privata obtinetur per actionem Legis Aquilæ & injuriarum. Actio L. Aquilæ tum præcipuè usum habebit, si supponamus casum, ubi per alterius calumnias magnum in facultatibus meis damnum passus sum, qui etiam in mercatoribus obtingere potest, quando lingvæ maledicentia illos fide Creditorum suorum quis spoliât, & remediis quærendi alimenta exiit. Actio autem injuriarum generale remedium est & ad omnes casus se extendit, sive vitam meam, famam aut bona alter per lingvæ aciem arrosferit. Æstimantur in æadem injuria illata & summam æstimatam sibi adjudicari petit Actor: vel etiam actione ad palinodiam agit, quarum actionum posterior in homicidio aut vulneratione lingvæ quidem, habere locum potest, etsi non obtineat in vulneratione verâ. Non possumus, quin hîc subjiciamus planè singularem recantationis formulam, quam Nobilis fœmina, quæ Comitissas quasdam gravissimis pudicitiamque earum lædentibus affecerat injuriis, sub initio hujus seculi Pragæ in curia, urbis veteris in conspectu omnium interessentium multorumque aliorum Regni procerum canere coacta est, quam ex antiquiore quodam MSC. refert *D. Hartung in Disp. de act. ad Palinodiam. hab. Jena 1692.* Demnach die wolgeborne und edle Frau A. S. S. eine gebohrne Gräffin zu M: &c. auch das Wolgebohrne Ehrentugendreiche Fräulein / Fr. M. S. gebohrne Fr. und Gr. zu P. und W. Ich J. von T. R. von B. Eheweib / ohne alle gegebene Ursach und beständigen Grund / Gottes Wort / den beschriebenen Geist: und weltlichen Rechten / guten Ordnungen und Satzungen / auch Christlicher Liebe / aller Zucht und Ehrbarkeit und offenbahrer Warheit durchaus zu wieder (wie ich dessen aus denen ergangenen Actis und zu beyders seits geführten Zeugnißen gnugsam überwiesen) an Thro Gnn. wolhergebrachten Gräff: und Fr. Ehren / guten Nahmen und

Leuz

Leumuth bößlich / fälschlich / Ehren verlezlich / lästerisch und verläumbderisch angegriffen / beleidiget und gegen männlichen außgeschrien und ganz höchststraffbarer Laster öffentlich und ungeschueet beschuldiget: Solches alles auch aus giftigen leichtfertigen Gemüthe also selber bößlich und vermehendlich erdacht / und zu vielen unterschiedlichen mahlen dergleichen lästerliche und bößhafte Verläumbdungen in Gegenwart hohen und niedrigen Standes-Personen ungeschueet und leichtfertiger Weise wiederholet / und dadurch Ihro Gn. zu Dero selbst eigenen auch Dero ansehnlichen stattlichen Geschlecht und Freundschaft / höchsten Beschimpffungen und Verkleinerungen derer Gräff. und Fräulichen Ehren / guten Nahmen und Leumuths wider mein Gewissen und Wollbewust in bösen Argwohn und Verdacht zusehen / mich ganz unverantwortlicher / leichtfertiger und ehrvergeßendlicher Weise unterstanden / da ich doch nicht das allergeringste (ob ich mich wol eines grossen Beweißthums vermehentlich und trozig gerühmet) beygebracht noch erwiesen / sondern auff lauter Unwarheit und fälschlich erdichteten Ungrund öffentlich befunden worden; Als thue dem ergangenen und von Röm. Kayf. Maj. approbirten und jeso öffentlich abgelesenen rechtmäßigen Urthel zufolge / Ich / als eine überwundene / bößhaftige / leichtfertige / vermehene Verläumbderin und Ehrendiebin solche bößhaftige / leichtfertige / vermehene / fälschlich erdichtete / erlogene / ehrenschänderische / ehrenverlezliche Auflagen / Verläumbdungen und Lästerungen / so oberzehlter massen wider vorgedachte Wohlgeborne Fr. Gräfin und und Dero Fräulein Tochter ich über meine leichtfertige / unwahrhaftige / ehrenschänderische Zunge vielfältig ausgespien / hinwieder in meinen verlogenen Hals hinein schlingen / und vor diesem ganzen Umstande / als fälschlich erdichtet und erlogen / öffentlich wiederruffen / und mein verlogenes Maul mit einem Backenstreich straffen / und daneben so wohlgedachte Wohlgeborne Fr. Gräfin und Ehrentugendreiches Fräulein / als auch alle diejenigen / so hierunter interessiret und ich bößlich und mercklich beleidiget / umb Gottes willen bitten / daß Sie mir solches alles aus Christlicher Liebe und Gnade verzeihen und vergeben wollen. Meretur hæc ipsa formula disqui-

sitionem: an jure potuerit delinquenti præscribi? & annon evi-
denter contra bonos & Christianos mores sit. Nec enim S. C. M.
formulam hanc in sententia præscripsit, sed saltem jussit recan-
tari. Interim rem aliis dijudicandam relinquo.

§. XL.

Quemadmodum verò, uti dictum, actio injuriarum in omni-
bus casibus, quibus vitæ, famæ aut bonis damnum intulit, aut in-
ferre voluit alter lingvæ suæ petulantia, ad obtinendam satisfac-
tionem privatam competit: ita nullum dubium est, quia in
specie etiam eidem contra denunciante[m] vel Accusante[m] (par-
enim ratio adest) locus sit, si hic delictum, cujus alterum infi-
mulavit, postea probare nequeat. Videri potest *Const. Crim. Art.*
12. verbis. Und damit derselbige Gefangene beklagte seiner ers-
littenen Kosten/ Schmach und Schaden desto austräglicher und
förderlicher Ergehung und Abtrag erlangen möge/ so soll zu sei-
nem Gefallen und Willen stehen/ den peinlichen Ankläger vor
desselben Anklägers ordentlichen Richter/ oder dem peinlichen Ges-
richte/ dafür sich die gerichtliche Übung und Rechtfertigung erha-
ben hat/ umb solchen Kosten/ Schmach und Schaden Rechtlich
fürzunehmen/ conf. etiam *Art. 99. & 201. d. const. Crim.* Supponen-
dum tamen, ut de malitia Accusatoris vel Denunciatoris clarè
appareat, tunc enim sive sponte denunciaverit, sive ratione offi-
cii id fecerit, Accusato ad resarciendum damnum & expensas te-
nebitur, quod secus, si justam & probabilem causam habuit,
quæ à calumnia eundem excuset, *const. Crim. Art. 201. Rosbach.*
Proc. Civ. tit. 76. de Expens. n. 16. Gilhaus. arb. jud. c. 9. n. 19. Carpz.
Pr. Crim. qu. 106. n. 56. qui tamen hanc sententiam *n. 57. & 58.* in
tantum declarat, ut si leviusculam saltem (aliquam tamen) cau-
sam accusator habuisse deprehendatur, ille ad deprecationem
accusato faciendam à Judice adigi queat, subjecto præjudicio
hujus tenoris: So möchte Er doch gestalten Sachen nach von euch
ordentlicher weise nicht beklaget/ noch mit einiger Straffe bele-
get werden/ Er wäre aber gleichwol der falschen Auflage wegen
eine Christliche Abbitte zu thun schuldig. conf. *Manzius Decis.*
Palat. qu. 67. n. 16. Sed an Delatus durante denunciationis Processu
qua-

quæstionem calumnie movere potest? an verò novò opus est processu & duabus sententiis? Manzius alleg. loc. qv. 66. unò eodemque processu eademque sententia utramque quæstionem terminari posse existimat, quæ opinio fundamento non destituitur. Si enim appareat, nullum indicium prægnans contra delatum haberi posse, adeoque delationem calumniose factam esse, cur opus esset, calumniæ quæstionem ad peculiarem processum remittere, melius est, si reus in defensione sua simul calumniam denunciatoris demonstret eique pœnam injungi petat, statim & hanc quæstionem definire; ad minimùm tamen, si novo processu opus esse putet Judex, summariter ille expediendus erit.

§. XLI.

Ad fraudes calumniatorum cohibendas jure Romano inventæ erant *inscriptiones Accusatorum* apud Magistratum faciendæ, quibus promittebant, se in casum non probati criminis eandem pœnam passuros, qualem accusatus sustinere debuisset, si crimen imputum probatum dedissent, *l. 3. pr. l. 7. ff. de Accus. l. 16. 17. C. eod.* Pertinebat etiam huc, quod non amplius ad accusandum admittebatur, de quo jam autea eum calumniatum esse constabat, *l. 4. l. 7. §. 3. l. 9. ff. eod.* nec non, quod is repellebatur propter turpem quæstum, qui duo judicia adversus duos Reos jam subscripta habebat *l. 8. ff. de accusat.* Inscriptiones illæ apud nos cessant, uti fatentur DD. communiter, nec reliquæ duæ cautelæ facilè adhiberi possunt, quia cessant ut plurimùm accusationes eò modò, quò apud Romanos in usu erant, adde, quia etiam non amplius Delatoribus certæ præmia constituta sunt, & sic turpis quæstus vix adesse potest. Interim illud certum est, Judicem, si sciat, Denunciantem esse inimicum denunciati, aut eundem jam aliàs falsò denunciassè, non statim illi fidem adhibere, sed admodum circumspèctè procedere debere, ne innocentis fama gravetur. Ea quoque cautela non est rejicienda, quam tradunt nonnulli in casu, si testes de delicto & delinquente examinati, hujus quidem vultum & habitum noscere se dicant, sed nomen nesciant, ut scilicet tunc non ille solus, qui præsumitur esse delicti Reus, sed cum eodem aliæ duæ aut tres personæ illi non admodum dissimi-

les in præsentiam Testium producantur, & tunc testes dicere urgeantur, quem delicti autorem esse putent, sic enim facile apparebit, an veritate nitatur eorum depositio, an verò subornati forsan sint, conf. *Kensler Prax. Crim. Part. 1. C. 6. §. 13.* Optimum remedium putamus esse, si Princeps calumniatores severè puniat, ut alii exemplo pœnarum à similibus maleficiis deterreantur. Quod si pœna non semper sequatur, aut per eandem exoptatus finis obtineri nequeat, bona conscientia & fiducia in auxilio divino tutissimum erit propugnaculum.

COROLLARIA.

1. **J**ure Naturæ & divino qui ab egeno usuras etiam quincunces imò etiam unciales accipit, peccat. Contra qui à divite vel etiam à mercatore usuras vel centesimas & usurarum usuras accipit, crimen non contrahit.
2. Quod in praxi etiam inter protestantes utrobique contrarium observetur, inter reliquias Papismi referendum est, & quod autoritas Augustini etiam apud nos major sit sæpè, quam rationis & Sacrarum literarum.
3. Interim mirandum, cur maximi usurarii contra legum & canonum dispositionem magni fieri soleant & à Clero & à Laicis. Utrobique causa communis est potentia conjuncta cum divitiis. Virtus sine nummis & potentia crimen est. Potentia & divitiæ sine virtute, virtutes heroicæ sunt.
4. Adde quod in favorem piarum causarum inventum sit, quod usurarii in canonibus jubentur excludendi esse à communionem & sepulturâ. Ita enim adiguntur, ut partem de tunica dent ad pios usus, vel legatis & fidei commissis, vel donariis & muneribus in usus Ecclesiasticos. Jam verò cum hæc sint opera pietatis, quis excludere vellet usurarios à piorum communionem & sepultura? Atque hoc & apud nos in viridi esse observantiâ testatur praxis quotidiana.

§. Injuste agit Judex si quempiam in relationibus ad superiorem contumelia afficit, aut si partem instruit, ut alterum in jus vocet, aut si in judicando & iis quæ ad officium ejus pertinent, consilia uxoris admittit: imò xidetur læsæ Majestatis crimen committere, si rescripta Principis, præprimis iterata, sive contemptim sive pertinaciter non expedit.

CONSULTISSIMO VOGLERO


S. P. D.

CHRISTIANUS THOMASIVS,

DEsiderant unaminiter Lectores hodierni themata disputationum Juridicarum, quæ in praxi obtinent. Elegisti profecto tale, quod in viridissima est observantia. Quid enim frequentius homicidio linguæ? quodnam vitium magis universale est, sive delinquentes consideres, sive loci atque temporis circumstantias? Tam subtile est hoc venenum, ut & sub specie pietatis se insinuet, ac maximè illos tentare soleat, qui intellectu pollentes nimis incumbunt comparandis donis & virtutibus propriis cum vitiis & defectibus aliorum. Unde mirari liceat, cur crimen tam noxium tam raro puniatur, & ea, quæ de eius poenis in disputatione tua dixisti, ferè ab usu recesserint. Scilicet vitia quæ totum humanum genus infecerunt, non sunt apta, ut legibus pœnalibus coerceantur, tum quod eorum coercitio pro impossibili habeatur, tum quod medicina non sit, quæ corpus ægrotum destruat. Adde quod homicidium linguæ etiam potentibus fit frequens. Quis autem puniat potentes? Quis sibi concipiat, illam duram & horrendam recantationis formulam, cujus mentionem facis, præscribendam etiam fuisse Comitissæ, si ea injuria simili affecisset recantatricem. Ita leges & apud nos telæ aranearum sunt, quas perumpunt crabrones, & illaqueantur iis saltem muscæ. Omisisti in disputatione tua nequissimam speciem homicidii linguæ cum homicidiis Joabici comparandam, Calumniatores, qui sub specie amicitia & velut laudantes nocent, quod & ad distinctionem reliquorum Politicum dicere potuisses, cum in Aulis potissimum regnet. Sed fortè studio omisisti, quia de hoc præstat nihil dicere, quam non pro dignitate dicere. De aulis vero scribere periculosum. Post hoc judiciale linguæ homicidium est, cum sub specie justitiæ summa committuntur scelera, quod eò gravius est, quo frequentius id à personis in oculis vulgi honestis & sanctis committi solet, ut vel ex fabula de Susanna notum est. Tetigisti id quidem subinde, sed plures observationes potuissent addi, si aut temporis ratio, aut etiam prudentiæ regulæ id admisissent. Quis irritare vellet sancta inquisitionum tam Politicarum, quam Ecclesiasticarum tribunalia? Est & singulare quoddam ac eruditis proprium

prium linguæ homicidium, cum hi inter se disputantes collectionibus errorum vitæ pariter ac famæ subinde laqueos ponunt. Ac dolendum eo magis, quod cum id hæctenus raro observatum fuerit in eos, qui politioribus studiis & Jurisprudentiæ operam dederunt, nostro seculo eos polluerint & adhuc polluant quidam moriæ & furoris satellites, qui ad famam grassantur, dum in famam aliorum grassantur. Errores communes detegere Viri prudentis est & eruditi, errores hujus vel illius colligere, non nisi abjectæ mentis indicium est & character obscurorum virorum. Si homo nihili & obscurus est, cujus errores colliguntur, dementia signum est, si Vir famâ & doctrinâ pollens, nasum aut palatum arguit non invidendum quidem, sed pituitâ infectum, quod in stercoribus alienis delicias quærat. Si sunt errores, quid stultius quam gloriam quærere opere, quod nihil ostendit, quam quod adversarius homo sit, collector autem ad latrinas civitatis purgandas sit aptissimus; si non sunt, nota est calumniatoris philantiæ phrenesi laborantis. De cautionibus Principis, quibus calumniis obviam itur in sine dissertationis differuisti, de remediis item, quibus læsi reparationem damni petere possunt aut vindictam consequi. Ut ingenuè fatear, quod res est, mihi ista remedia non sufficiunt, etsi tu nihil de iis scripseris, quod juri recepto non sit conveniens. In Processibus injuriarum, lucratur nihil aut parum. Et actio L. Aquiliæ vel similis quæcunque est infirmum solatium pro iis, qui calumniis subiecti sunt, præprijis potentum, aut virorum autoritate pollentium. Sunt profecto sunt fortiora remedia, sunt cautelæ infallibiles, quas non tractasti, fortè quod nondum expertus sis. Facile quis experitur calumnias aliorum cum ubivis sint obviæ. Facile etiam insidias linguæ potentum quilibet experiri potest, qui non adulari didicit, aut qui non adfuetus est sputa aliena cum humillima gratiarum actione lingere. Sed cautelæ illæ communiter negliguntur, non quod difficiles intellectu sint, sed quod earum dulcedinem pauci experiantur ob amaritudinem corticis. Injuria afficimur ab aliis, æstuat cor nostrum vindictam, cautelæ se offerunt plurimæ, quibus par pari referre, h. e. iis sub specie justitiæ rursus famam detrahere queamus. Patientia pro ineptissimo ad vindictam remedio habetur, cum tamen nulla vindicta sit dulcior, nulla gravior. Ego certè experientiâ testari possum, quoties adversus calumniatores meos remediis juris usus sum, me semper ea initio quidem dulcia, sed mox vel amara, vel certè insipida deprehendisse. Contra quoties patientia calumnias concoxi, mox acrimoniam aut acerbitatem paucissimi temporis compensavit dulcedo gratissima ac diuturna. Gravior vindex injuriarum, quas patimur, Deus est, qui innocentiam non patitur suppressi, & qui non patitur impune tangi pupillam oculi sui. Non putandum est, hunc honoris aut dignitatis titulum esse, certo alicui ordini, humana voluntate aut ritibus instituto, competentem. Omnis, qui innocenter vivit, pupilla Dei est, in quem si quis fiduciam ponat, majus solatium deprehendet quam in omnibus juris remediis. Igitur & Tibi tria hæc remedia ulterius meditanda relinquo, patientiam, fiduciam in Deo, & vitæ innocentiam, ac Divinæ gratiæ & tutelæ Te commendo. Vale. Dabam die ult. Martii 1699.





ULB Halle

3

004 161 696





5b

11701

Vb 17.







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

B. V.

UGURALIS JURIDICA

CIDIO

EVÆ,

am

NIFICENTISSIMO
NCIPE AC DOMINO,

O WILHELMO,

DENBURG. ET ELE-

US HEREDE,

cc. &c.

SIDE

THOMASIO, Jcto,

DENB. PROF. PUBL. ET FA-

D. DECANO,

CENTIA

Jure honores & Privi-

a ritè capeffendi,

Examini submittit

IS VOGLERUS,

s Misnicus.

nno MD CXCIX.

RIO MAJORI

pomeridianis.

CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

17.

290

1699, 336

DHC

